canus, qui per Innocencium papam 2dum in archiepiscopum Coloniensem ~~sic coloniensis~~ consecratus, paucis supervixit diebus, dictum imperatorem in Italiam similiter comitatus et apud Barum dictam civitatem defunctus, iuxta suum antecessorem ibidem extitit tumulatus.

Arnoldus primus.

41 Quadragesimo loco sub Conrado III imperatore sedit in cathedra pontificali Coloniensis ecclesie annis 10 venerabilis pontifex Arnoldus I ~~primus~~, prius in ecclesia sanctorum apostolorum Coloniensis prepositus. Illum autem hiis temporibus per Eugenium papam tercium apud Remis fuisset generale a) concilium habitum, idem Arnoldus huic concilio absens, ipse in conciliis de symonia accusatus, una cum archiepiscopo Maguntino absente similiter sententiam depositionis accepit. Dicti vero duobus archiepiscopis pro sua reconsiliatione Romam accedentibus, et dicto Maguntinensi archiepiscopo graciam gratis obtinente, Idem Arnoldus Coloniensis archiepiscopus reconsiliationem non valuit obtinere, cum tamen ipse pro sua reconsiliatione obtinenda plurima obtulisset. Quod quidem satis mirabile videbatur, cum Romani semper ~~supra~~ diligunt munera, sequentes retributiones, et regulariter nemo nisi ambitiosus consuevit et ibi stare.

a) ~~1148~~ +

Arnoldus secundus.

42 Quadragesimus primus adeptus est pontificatum Coloniensis ecclesie, sedens sub frederico I ~~primo~~ imperatore annis 5 venerabilis presul Arnoldus II ~~secundus~~, qui autem pontificatum fuit ecclesie maioris prepositus et dicti frederici imperatoris cancellarius. Iste monasterium (in Ryndorp sancti Clementis) in territorio Bunnensi multis decentibus ornamentis decoravit, ubi et ipse sepultus requiescit.

~~41~~ g. p. e.

+

Fredericus secundus.

~~42~~

43 Quadragesimo secundo loco successit in regimine pontificali Coloniensis ecclesie, sedens sub predicto frederico I ~~primo~~ imperatore duobus annis completis venerabilis pater ~~presul~~ fredericus II ~~secundus~~, qui natione de Dassele, primus ecclesie sancti Georgii Coloniensis ~~fuit~~ prepositus, Repulsa electione canonica de Gerardo preposito Bunnensi facta, iuniorum de ecclesia electione et propinquorum intrusione fuit archiepiscopus a) Colonie assecutus. Iste imperatorem fredericum primum comitatus in Italia, ab Adriano papa quarto consecratus obiit in papia. Cuius ossa inde translata, in monasterio veteris montis Coloniensis diocesis sunt sepulta. Hic quidem castrum Raude ~~rayd~~ 1) propter rebellionem destruxit et solo coequavit.

a) ita 1. 2. 7. legendum videtur archiepiscopatum

1) ~~Randerhayd 2~~
1) Raudenrode 2 + +
Raudenrode 3.

Reynaldus.

~~43~~

44 Quadragesimo tertio loco ascendit ad dignitatem Coloniensis ecclesie similiter natione de Dassele, prius prepositus Hildensemensis, sedens sub frederico I ~~primo~~ imperatore supradicto annis 8, venerabilis memorie pontifex Reynaldus. Hic vir omni probitate perspicuus fuit dictum imperatorem in Italiam comitatus, eiusdemque